

V.

Die

G a t t u n g S y m p l o c o s,

welche in sich die Gattungen HOPEA, ALSTONIA und CIPONIMA vereiniget.

von

Carl Ludwig l'Heritier.

(*On the Genus of Symplocos, comprehending Hopea, Alstonia and Ciponima. By Mr. Charles Louis l'Heritier, of the Academy of Sciences at Paris, Foreign Member of the Linnean Society. — Transact. of the Linnean Soc. Vol. I. p. 174 — 176.*)

Q U A T U O R illa genera in unum complecti sub nomine Symplocos planum mihi est.
Utinam de classe, nec non de speciebus non minus certe pronuntiare possim!
Characteres tam essentialem quam naturalem primum exponam.

SYMPLOCOS.

Character effentialis.

CALYX superus, quinque-partitus. Petala 5 — 10, basi coalita. Ordines plures filamentorum corollae adnati. Germen inferum.

Drupa nuce tri-quinque-loculari.

Character naturalis.

CAL. Perianthium superum, campanulatum, quinque-partitum: laciniis subrotundo-ovatis, concavis, villosis, persistentibus.

COR. Quasi monopetala, campanulata. calye longior, receptaculo inferta: petalis f. laciniis 5 — 10, ovatis, integerrimis, reflexis, basi in tubum longitudine calycis coalitis, simul deciduis.

STAM. Filamenta numerosa, submonadelpha, f. basi inaequaliter connexa, linearia, plana, erecta, tubo corollae adnexa vixque breviora, in plures ordines imbricata; exterioribus sensim longioribus latioribusque. Antherae subrotundae, biloculares, erectae.

PIS. Germen inferum, turbinatum, apice subemersum. Stylus filiformis, longitudo staminum. Stigma capitatum, subquinquelobum.

PER. Drupa oblonga, oleaeformis, unilocularis, calyce coronata.

SEM. Nux ejusdem formae, striata, tri-quinquelocularis: nucleis teretibus, oblongis.

Car. Linnaeus nomine primus Hopeam et Symplocon inter Polyadelphas, Aubletius Cipónimam et Linnaeus secundus Alstoniam in Polyandria, collocavere. E characteribus genuinis supra deductis patet, has omnes ad Monadelphiam et in unum genus revocandas esse. Symplocos, utpote antiquius, erit nomen genericum. Locum ordinis vindicat Symplocos hinc inter Gordoniam et Camelliam, quibus germen est superum, inde inter Gustaviam et Carolineam, quae gaudent germine infero.

Species.

MARTINICENSIS. S. pedunculis subracemosis, foliis glaberrimis crenulatis.

S. martinicensis. Linn. sp. pl. 747. Jacq. Am. 166. tab. 173. f. 68.

Habitat in Antillis. ♂.

CIPONIMA. S. pedunculis multifloris, foliis integris subtus villosis.

Ciponima guyanensis. Aubl. Guyan. 567. tab. 226.

Habitat in Guiana. Aublet. Patris. ♂.

Turones admodum villosi. Folia subtus plus minusve villosa, faepissime integra, raro laxissime denticulata. Nuces quinqueloculares.

ARECHEA. S. pedunculis subquinquefloris, foliis serratis nudiusculis.

Arechea vulgo.

Habitat in Sylvis Peruae. Dombey. ♂.

S. Arechea intermedia est S. martinicensis et Ciponimae. Tres forte sunt varietates ejusdem plantae. Attendant Autoptae.

TINCTORIA. S. floribus confertis sessilibus, foliis glaucinis.

Hopéa tinctoria Linn. Mant. 105.

Arbor lauri folio, floribus in foliorum alis. Catesb. Car. I. 54.

Habitat in Carolina. Fraser. ♂.

ALSTONIA. S. floribus subdecapetalis sessilibus subternis.

Alstonia theaeformis. Linn. Suppl. 264.

Habitat in America meridionali. Mutis. ♂.

Dr. Olaus Swartz Symplocon octopetalam *) nuper in Jamaica legebat, sed descriptio inventori relinquenda est.

Calyx

*) Nuperrime hanc evulgavit Swartz in suo Prodromö Plantarum Indiae Occidentalis,

Reponenda itaque inter congeneres pro sexta Symplocos specie:

OCTOPETALA. S. floribus octopetalis. Swartz. Prodr. 109.

Habitat in Jamaica. Swartz. ♂.

Calyx Alstoniae imbricatus refert bracteas Symplocos, quas pro Calyce exteriori habere licet. Corollam monopetalam in Alstonia dicebat Linnaeus secundus, quia revera talis apparet in Symploco. Limbus octo-decem-partitus in Alstonia. Symplocos Swarzii est quoque octoperala. Filamenta Alstoniae tubo inserta, imbricata, exteriora lengiora, graphice repraesentant stamna Symplocos in plures ordines imbricatos, quorum interni breviores, disposita. Germen superum in Alstonia addit Linnaeus secundus, quia fructu ignoto tale dices germen in Symploco, et tale habuere Jacquinus et Linnaeus primus. De positione germinis in Cipohima Aubletius nihil habet.

VI.

Die

G a t t u n g C a l l i g o n u m.

Eine Vereinigung der Gattungen PTEROCOCCUS und PALLASIA.

v o n

Carl Ludwig L'Heritier.

(*On the Genus of Calligonum, comprehending Pterococcus and Pallasia. By Mr. Chart. L. L'Heritier. — Transact. of the Linn. Soc. Vol. I. p. 177..180.*)

Tournefortius peregrinator orientalis celeberrimus arbustulam Polygono et Atraphaxi proximam detexerat in Armenia, cuius descriptionem et iconem in suo Itinere Orientali evulgavit sub nomine POLYGONOIDES Orientale Ephedrae facie. Tourn. It. II. 356.

Linnaeus ex eadem Polygonoide a Gronovio accepta genus Calligoni stabilivit.

Hisce temporibus alteram ejusdem generis speciem in desertis Mari Caspio vicinis legit celeb. Pallas; sed nec Polygonoidi Tournefortii nec Calligono Linnaei attendens, pro novo genere novam hanc Calligoni speciem proposuit in tomo secundo Itineris, ubi descriptionem et iconem videre licet sub nomine PTEROCOCCI aphylli (pag. 738. tab. V.). Mox ipse Pallasius huic errori alterum errorem in tomo tertio Itineris (pag. 536.) subjecit, ubi afferit suum Pterococcum esse Polygonoidem Tournefortii.

Car. Linneus nomine secundus iterum plantam Pallasii quasi novum genus consecrare tentavit, Pallasio inventori coaetaneo praclare merito de re botanica dicavit,

nuncu-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Archiv für die Botanik](#)

Jahr/Year: 1796-1798

Band/Volume: [1](#)

Autor(en)/Author(s): l'Heritier Carl Ludwig

Artikel/Article: [Gattung Symplocos, welche in sich die Gattungen Hopea, Alstonia und Ciponima vereinigt 2080-2082](#)